



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Epistola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

& *decif. 128. per totam.* Facit etiam quòd dispensatio commissoria exequuta, sine inquisitione prævía, non valet, & mandatum de dispensando redditur conditionale ex clausulis, videlicet consideratis diligenter circumstantiis, *Felin. in cap. super de rescript. Caputaq. decif. 273. p. 1.* & ille, qui vult probare valorem expressum, tenetur facere plenam probationem, dum agatur de probatione fraudis, idem *decif. 381. par. 1.* & fama publica excusat malam valoris expressionem, quia valor est difficilis probationis, idem *decif. 49. p. 3.*

Ad tertium, vide *Bal. in marg. Inn. in verb. exequitor,* & *Innoc. in cap. propositum, num. 5. de concess. prebend.*

EPISTOLA.

Epistola non debet cantari, nisi per subdiaconum, etiam in necessitate, *Abb. in cap. ut quisque, numero 3. de vita, & honest. cler. & vide Sylvest. in ver. irregularitas. §. & Navar. cap. 27. notab. 7.* & *Ant. 3. par. tit. 28. cap. 1. §. 3.* & non ordinatus ordine sacro cantans Epistolam, vel Evangelium solenni apparatu, quas pœnas incurrat, vide *Abb. in cap. 1. de cler. non ord. ministr. sed quid in necessitate, vide eundem in cap. ut quisque, num. 3. de vita, & hon. cler.*

EXPOSITI.

Expositi an sint filii hospitalis, & an hospitalia succedant ipsis decedentibus ab intestato absque filiis, & quo jure, vide *Vinc. de Franch. decif. 198.*

EREMITA.

Primò, Eremita, licet non sit sacerdos, vel initiatus, vel in sacris, tamen est sub obedientia alicujus superioris, vel Episcopi, gaudet privilegio clericali, *gl. in cap. qui verò. in ver. verò & ibi Archid. 26. quest. 1. & Sylvest. in ver. Eremita. num. 2. §. 1. & in ver. Ecclesia. 1. §. 5. Navar. cap. 27. numero 79. notab. 8. & Abb. in cap. ex parte, numero 10. de conver. conjugat. & Addit. Zachar. ibi littera A, tamen vide Addit. ad Cap. Tolos. quest. 8. ubi multa dicit, an Eremita & rectores hospitalium conveniantur coram iudice ecclesiastico, vel laico.*

Secundò, Eremitæ qui simul vivunt, etiam in regula non approbata, subsunt Episcopo, *Gemin. in cap. in demissa ubi, §. supradicta. notab. 1.*

EXEQUITOR TESTAMENTORUM.

Primò, potest esse mulier, & religiosa, vide *Abb. in cap. vos quidem, de testament. Bal. in marg. Inno. in ver. mulier, & exequutio cujuslibet voluntatis pertinet ad Episcopum, Abb. in repet. cap. cum esset, num. 23. de testam.*

Secundò, an possit vendere de bonis defuncti, pro satisfactione legatorum, vide *Anchar. in cap. Religiosus, num. 10. de testam. lib. 6. Covar. in cap. 3. num. 8. & in c. sua, num. 4. de testam. gl. in cap. 2. in ver. religiosus, de testam. lib. 6.*

EMPHYTEUTA.

Primò, emphyteuta Ecclesiæ non potest melioramenta, quæ facit in

Es 2

Es